

Nobilissimo atq; Clarissimo

DN. RESPONDENTI,

Fautori & Amico meo sincèrè dilecto.

OVid verò verbis opus esse judicas, Optime CRUGERE! ubi
cerum testimonia adsum? Non indiges qualicunque sive encomio
sive testimonio nostro, cum eum Te semper gesseris, sive Studia tua
spectentur sive vivendi ratio, ut laudabilem inter nos famam sis conse-
cutus, & quicunque Te exploraturi plus satis testimonii rerum benè gestarum in-
Teme ipso offensi sunt, Integrum cum aliquot mensibus quadriennium in Aca-
demia nostrâ transegisti, & ita quidem transegisti, ut ingenuum decet S. Theolo-
giæ Cultorem. Qvod èò magis mihi cognitum, qvò arctius Tecum mihi com-
merciū fuit, quando, ex voluntate Avunculi tui, quem Patris instar colis, per-
qvam Rever. atq; Clariss. Dñ. FRIDER. SUSEMIHLII, Ecclesiaz Neo-Kirchenfis
in Principatu Sverinensi Pastoris longè fidelissimi optimeq; promeriti, Fautoris
& Amici nostri Æstuinatissimi, candem mecum domuin per biennium inhabitasti,
ac Auditorum meorum adscriptus fuisti numero. Quotidie enim strenuani Te
Studiis operam navantem conspexi, tam quando in Prælectionibus meis Philo-
phicis æq; ac Theologicis mihi assidere, quam quando in musæo tuo audita ru-
minari, & sedulâ lectione ac meditatione in propositas materias ulterius inquirere
solebas. Vidi probitatem vitæ tuæ, qvæ nihil Tibi committere permittit, qvod
sacris tuis Studiis adversum sit, statumve tuum dedeceat, ut Te Domesticum ha-
buisse atq; Commilitonem nunquam me pœnituerit. Utinam! omnes, qvot-
quot sanctib; in pretio habendo sacro-sanctæ Theologiæ Studiosorum Titulo
gaudere gestiunt, tuam imitarentur exemplum, vitæq; probitate os obtuzarent
illis, qui Academias, in qvibus, qvæ DEI gratia est, Doctrinæ veritas hue
usq; illibata incorruptaq; servatur, ac si non nisi impietas in illis regnet,
audacter criminantur. Tu certè, AMICE Æstuinatissime! ad vitæ integri-
tatem doctrinæ puritatem ducere probas. Idq; in omnium oculis versatur,
qvorumcunq; in notitiam venisti, unde hanc tuam Tibi indolem unâ cum ee-
teris à Divinâ clementiâ Tibi concessis dotibus gratulati magnam de Te & prællan-
dis olim abs Te Ecclesiaz, cum DEus jussit, officijs conceperunt spem. Qvam
nos, quantum in Te est, frustraturam non esse, ut omnes tuæ actiones testatæ
haec tenus sunt, ita præsens specimen, ex Academiâ nostrâ ad Saxonicas abiturus,
documentum ac qvæsi pignus relictum nobis voluisti. De qvo uti sincero pecto-
re Tibi gratulor; ita DEum precor, ut in posterum qvæq; conatibus tuis atq;
Studiis cœlestem largiatur benedictionem. Ita valeas, opto, iter, qvod medita-
ris, DEO Duce Angelisq; ejus Comitibus ingrediare magno cum diligentiae fœ-
nore in Patriam reversurus, & semper ac ubiq; in Domino qvam felicissimè rivas,
Scr. Rostochii die XXII. Julii, Anno MDCCXII.

Tuus

ex animo

FR. ALB. ÆPINUS.

108 (o) *

Coll. Diiss. A. 142, 26